a facie domini omnis terra

Annuntiaverunt celi

justitiam eius: et vide-

erunt omnes populi

gloriam eius. **N**on

fundantur omnes qui

adorant sculptilia / et qui
gloriantur in simulacris
suis. **A**dorate eum omnes
angeli eius / audiuit et
letata est syon. **E**t ex
ultauerunt filie iude.
propter iudicia tua do
mine. **Q**uoniam tu
dominus altissimus
super omnem terram.
nimis exaltatus es super
omnes deos. **Q**uod
iudicatis dominum odite
malum custodit dominus

animas sanctorum suo-
rum de manu peccatoris
liberabit eos. **U**ir orta

est iusto et rectis corde se-
ticia. **L**etamini iusti

in domino et confitemini
memorie sanctificatio-

nis eius. **G**loria patri.

Cantate domino
cantiam nouam.

quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dex-
teram eius et brachium
sanctum eius. **D**omi-

ni

71
fecit dñs salutare suum:
in conspectu gentium
Revelavit iusticiam suā
Recordatus est in misericordie
sue: et veritatis sue:
domini israel. **V**ide
runt omnes termini terre:
salutare dñi. **I**n
ubilate deo omnis terra:
cantate: et exultate: et
psallite. **P**sallite dño
in cythara in cythara:
et vox psalms in tubis
ductilibz: et uoce tube

Comee **T**ubilate i con-
spectu regis domini mo-
ueatur mare, & plenitu-
do eius orbis terrarum
& qui habitant in eo.

Summa plaudent
manu simul montes
exultabunt a conspectu
domini: quoniam ve-
nit iudicare terram.

Iudicabit orbem ter-
rarum in iusticia: et
populos in equitate.

Gloria p^r. **an** Gaude

maria uirgo / cunctas hereses
sola intermixta in universo
mundo. **v.** Post partum
uirgo inuiolata permansi-
ta. **R.** Dei genitrix miterede
pro nobis. Pater nr. Et
ne nos inducas in temp-
tationem. Sed libera nos
a malo amen. Jube donec
benedicere. Ab hoste mali-
gno eripiat nos Dei gen-
itrix uirgo. Amen. **leo viii.**

O beata maria q̄s
tibi signe valeat

inira grarum & laudum
preconia impendere que
singulari tuo assensu
mundo succuristi p̄dito.
Quas tibi laudes fra-
gilitas humani gnis
persoluat: que solo tuo
commercio recipandi
aditum inuenit: accipit
itaq; quasamq; exiles
meritis tuis imparis
grarum actiones. Et
cum susceperis uota
culpae nr̄ae orando co-

causa. Tu autem dñe
miserere nr̄. Deo gr̄is
R. Solem iusticie Regem
puritatis supremū. Stella
maria maris digne pro
cessit ad ortum. **V.** Certe
re diuinum lumen gau
dete fideles. Stella maria
maris digne processit ad
ortum. Iube domne bene
dicere. In oī tribulatione
et angustia succurrit no
bis pia uirgo maria.
Amen. **Lectio octaua.**



Admitte premissa
Sei genitrix pres
nus intra sacrarium tue
exauditionis: et reporta
nobis antidotum reco
ciliationis. Sit per te
excusabile quod per te
ingerimus: fiat impe
trabile quod fida mente
poscimus. Accipe quod
offerimus: redona quod
rogamus: et excusa quod
timemus. Tu autem
Domine miserere nris.

Deo gratias. *Ps.* Stipes
vesse uirgam producit
uirga qz florem. Et super
hunc florem requiescat
spiritus almus. *Vi.* uirgo
dei genitrix uirga est flos
filius eius. Et sup hunc
florem requiescat spiritus
almus. Iube domine bñ
dicere. Ad gaudia para
disi perducant nos uirgo
mater xpi. Amen. *lco ix.*

Sancta maria
succurre miseris.

125
iua pusillanimes
foue flebiles. Ora pro
populo interueni pro
clero intercede p deuoto
femineo sexu. Senti
ant omnes tuum se
uamen quicunqz cele
brant tuam comme
morationem. Assiste
parata uotis poscenti
um; & repende omnibz
optatum effectum. Sit
tibi studium assidue
orare pro populo dno

meruisti benedicta pre
 cium ferre mundi. Tu
 autem Domine miserere
 nri. Deo gratias. **R. m**
 Gaude maria uirgo auctas
 hereses sola miserem
 sti que gabrielis archan
 geli dictis credidisti. Dum
 uirgo deum et hominem
 genuisti. et post partum
 uirgo inuolata perman
 sisti. **V. 2** Gabrielem archa
 gelum scimus diuinitus
 te esse affatum utrum

iuua pusillanimes &
foue flebiles. Ora pro
populo interueni pro
clero intercede p deuoto
femineo sexu. Senti
ant omnes tuum se
uamen quicunq; cele
brant tuam comme
morationem. Assiste
parata uotis poscenti
um: & responde omnib;
optatum effectum. Sit
tibi studium assidue
orare pro populo dñi

meruisti benedicta pre
cium ferre mundi. Tu
autem Domine misere
re. Deo gratias. **R. in**
Gaude maria uirgo cūc
tas hereses sola miserem
sti que gabrielis archan
geli dictis credidisti. Dum
uirgo deum et hominem
genuisti et post partum
uirgo inuolata perman
sisti. **V. Gabrielis archa
ngelum sanus diuinitus
te esse affatum uterum**

tuum de spu sco credimus
impregnatum, crebescat
iudeus infelix, qui dixit
xpm ex ioseph femine esse
natum. Dum uirgo deum
et hominem genuisti, et post
partum uirgo inuolata
permanisti. Gloria patri
et filio, et spiritui sancto.

Dum uirgo deum *20. c.*

Gloria deum lauda
mus te dominu
confitemur. **C**eteru
patrem omnis terra

Veneratur **T**ibi omnes
angeli. tibi celi & vniuersae
potestates **T**ibi cheru-
bim & seraphim incessa-
bili voce proclamant.

Sanctus **S**anctus
Sanctus **D**ns Deus
sabbaoth **D**olem sunt
celi & terra maiestatis
glorie tue **D**e glosus
apostolorum chorus.

De prophetarum lau-
dabilis numerus **D**e
martirum candidatus

laudat exercitus **Q**uod
orbem terrarum sancta
confutur ecclesia **D**a
trem inmerse maesta
tis **V**enerandum tuum
verum et unicum filium
Sanctum quorum para
ditum spiritum **Q**u
rex glorie xpi **Q**u
semper eternus et filius.
Qu ad liberandum
suscepturus hominem
non horruisti uirginis
interium **Q**u de uoto

37
mortis aculeo aperuisti
credentibus regna celorum

Qui ad dexteram dei
sedes in gloria patris.

Iudex ardens et ben
gnus

De ergo quos fa
mulus tuus subueni quos

precioso sanguine rede
misti

Sterna fac cum
sanctis tuis in gloria

muniatur **S**aluum
fac populum tuum do
mine et benedic heredi
tati tue

Et urge eos

et extolle illos usq; in
eternum. **P**er singu-

los dies benedicimus
tibi. **E**t laudamus no-

men tuum in seculum
et in seculum seculi.

Dignare domine die
isto sine peccato nos
custodire. **M**iserere

mi domine: miserere
mi.

Fiat misericordia tua
domine super nos que
admodum speravimus
in te. **M**itte domine

spem tuam: non confundar
in eternum. *V.* Speciosa
facta es et suavis. *R.* In
delicias tuas sancta dei gen-
trix. *In laudibus.*

Deus in
adiuto-
rium meum
intende.

Domine ad adiuuam
dum me festina. **G**loria
na patri et filio et spui
sancto. **S**icut erat in
principio et nunc et sep-



et in secula seculorum amen
Alleluia. *v.* Induta tu.

Dominus regnauit
decorem indutus
est indutus est dominus
fortitudinem et precavit
se. **E**t enim fumauit

orbem terrarum qui non comouebitur.
Darata
sedes tua deus ex tunc.

a seculo tu es. **E**leua
uerunt flumina dñe
eleuauerunt flumina
uocem suam. **E**leua

uerunt flumina fluctus
suos a vocibus aquarum
multarum.

Mirabiles
elationes maris mira-
bilis in altis dominus

Testimonia tua ce-
dibilia facta sunt inuisi-
bilium tuam decet sci-
tudo domine in longi-
tudinem dierum.

Gloria patri. ps. 148.

Iubilate deo ois
terra. seruite do-
mino in leticia.

Introu

te in conspectu eius in
exultatione. **S**citote
quoniam Dominus ipse est Deus
ipse fecit nos et non ipsi
nos. **P**opulus eius et
ovis pascue eius introite
portas eius in confessione.
atria eius in hymnis con-
fitemini illi. **L**audate
nomen eius quoniam
suavis est Dominus in
eternum misericordia eius et
usque in generatione et
generacionem veritas eius.

Deus deus meus /
ad te de luce uigi
la **S**ituat in te anima
mea qm̄ multipliciter
tibi caro mea **I**n terra
deserta in uia z in aquosa
sic in sancto apparui tibi
ut uiderem uirtute tuam
z gloriam tuam **Q**uia
melior est misericordia tua sup
uitas / labia mea lauda
bunt te **S**ic benedicti
onem tuam in uita mea / z in no
mine tuo leuabo man

meas. **S**icut adipe et
pinguedine repleatur
anima mea et labris ex
ultationis laudabit os
meum. **S**ic memor

fui tui super stratum
meum in matutinis
meditabor in te. quia
fui adiuutor meus.

Et in uelamento ala
rum tuarum exultabo.
adhesit anima mea post
te. me suscepit dextera
tua. **I**psi uero in uinum

quehietunt aiam meam
mittentur in inferora
terre. tradentur in man
gladii partes uulsum
erunt. **S**ex vero loca
bitur in deo laudibun
tur omnes qui iurant
meo quia obstructum
est os loquentium iniqua.

Deus miseratur
nri et benedicat
nobis illummet uultu
suum super nos et mi
seratur nri. **U**t cog

noscamus in terra via
tuam in omnibus gen-
tibus salutare tuum.

Confiteantur tibi po-
puli deus confiteantur
tibi populi omnes. **L**e-
tentur et exultent geres
quoniam iudicas po-
pulos iniquitate et gen-
tes in terra dirigis.

Confiteantur tibi
populi deus confiteant
tibi populi omnes terra
dedit fructum suum.

Benedicat nos deus
deus n^r benedicat nos
deus ⁊ in circuitu eum
omnes fines terre.

Gloria patri. *ps*

Benedicite omnia
opera dⁿi d^{no}
laudate ⁊ superexaltate
eum in secula.

Sid
angeli domini domino
benedicite celi domino

Benedicite aque o^{es}
que super celos sunt
domino bened^o omnes

virtutes domini dno.

Benedicite sol & luna
domino benedicite stelle
caeli domino. **B**enedicite
rimber et vos domino.
benedicite omnes spiritus
dei domino. **B**enedicite
ignis & estus domino be-
nedicite frigus et estas
domino. **B**enedicite
rores & pruina domino.
benedicite gelu & frigus
dno. **B**enedicite gla-
cies et nives domino.

benedicite noctes et dies

domino **B**ened lux

et tenebre dno benedicite
fulgura et nubes dno.

Benedicat terra dnm.

laudet et superexultet eu
in secula **B**enedicite

montes et colles dno be

nedicite uniuersa ger
minantia in terra dno

Benedicite fontes do
mino benedicite maria

et flumina domino.

Benedicite et omnia

que mouentur i aquis
domino benedicate omnes
volucres celi domino.

Benedicate omnes bestie
et pectora dno benedicate
filii hominum domino

Benedicat israel dnm
laudat & superexultet eu
in secula **B**enedicate

sacerdotes domini dno
benedicate serui domini

domino **B**enedicate
spiritus & anime iusto
rum dno benedicate sa

et humiles corde dno.

Benedicite anama
azaria missael dommo
laudate et superexultate
eum in secula. **B**endi
camus patrem et filium
cum sancto spiritu lau
demus et superexalte
mus eum in secula. ✠

Benedictus es dñe
in firmamento celi. ✠
laudabilis et gloriosus
et superexultatus in
secula. Amen. ps. 135.

Laudate dñm de
celis. laudate eum

in excelsis. **L**audate
eum omnes angeli eius
laudate eum omnes an
geli eius laudate eum
omnes uirtutes eius.

Laudate eum sol et
luna laudate eum stelle
et lumen

Laudate
eum celi celorum et aq
que super celos sunt
laudent nomen domini.

Quia ipse dixit et facta

sunt ipse mandavit et
 arata sunt. **S**tatuit
 ea metentium et in seculum
 seculi preceptum posuit
 et non preteribit. **L**au
 date dominum de terra. Dra
 cones et omnes abyssi.
Ignis grandis niv
 glacies spiritus procella
 rum que faciunt verbum
 eius. **M**ontes et omnes
 colles ligna fructifera
 et omnes cetera. **B**estie
 et uniuersa pectora ser

penes et volucres penat

Beges terre et omnes
populi principes et omnes
iudices terre

Iuvenes
et virgines senes cum in
moribus laudent nomen

Dni quia exaltatum est
nomen eius solius

Confessio eius super
celum et terram et exal-
tauit cornu populi sui

Hymnus omnibus
sanctis eius filiis israel
populo appropinquanti sibi.

Quante domino
canticum novu
laus eius in ecclesia scōr

Letetur israel in eo
qui fecit eum / & filie syon
exultent in rege suo

Laudent nomen eius
in choro / in tympano et
psalterio psallant ei

Quia beneplacitū est
domino in populo suo
et exultavit mansuetos
in salutem

Exultabūt
sancti in gloria letabū

tur in cubilibus suis.


Exultationes dei in
guttur eorum: et gladii
in capite in manibus
eorum.

Ad faciendam
vindictam in nationibus:
in captiones in populis.

Ad alligandos reges
eorum in compedibus: et
nobiles eorum in manibus
aeris ferreis.

Ut faciant
in eis iudicium conscrip-
tum gloriae hae omnibus
sanctis eius. *psalmus.*

Laudate dñm in
 sanctis eius / lau-
 date eum in firmamento
 virtutis eius. **L**audate
 eum in uirtutibus eius.
 laudate eum secundum
 multitudinem magni-
 tudinis eius. **L**audate
 eum in sono tube / laudate
 eum in psalterio et cy-
 thara. **L**audate eum
 in tympano et choro.
 laudate eum in cordis
 et organo. **L**audate



eum in cymbalis bene
sonantibus laudate eum
in cymbalis iubilatio
nis omnis spiritus laudet
dominum. Gloria. a

Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus uteris
tui. Capitulum.

Que laudant angeli
atque archangeli
sancta dei genitrix que
virum non cognovisti
et dominum deum verum in
tuo sancto utero haviisti.

Deo gratias **h**ymnus.

Uirgo dei genitrix /
quem totus non
capit orbis in tua se
clausis viscera factus

homo **V**era fides ge
niti purgavit anima
mundi: tibi uirgin
tas inuolata manet.

Te matrem pietatis
opem te dantat orbis
subuenias famulis
obenedicta tuus

Olia
magna patri compit

tibi gloria nate cum sco
spiritu gloria magna
pita. Amen. **V.** Elegit ea
Deus et precelegit eam. **R.**
Et habitare eam facit in
tabernaculo suo. **cantici.**
Benedictus Dñs
Deus israel quia
visitauit et fecit redemp
tionem plebis sue. **Et**
erexit cornu salutis no
bis in domo dauid pue
ri sui. **Sicut locutus e**
per os sanctorum qui a

seculo sunt prophetarum
cuius **S**alutem ex mi-
micis nostris / et de manu
omnium qui oderunt
nos **A**d faciendam
miam cum patribus nostris
et memorant testamenti
sui sancti **I**uramentum
dum quod iuravit ad
abraham patrem nostrum
datum se nobis **U**t
sine timore de manu mi-
micorum nostrorum libe-
rati seruiamus illi . . .

In sanctitate et iusticia
coram populo in diebus

uis. **E**t tu puer pro-
pheta altissimi uocaberis
propterea enim ante
faciem domini purate uias

eius. **A**d dandam sci-
entiam salutis plebi
eius in remissionem
peccatorum eorum. **D**ec

uiscera misericordie dei nostri in
quibus uisitauit nos ori-
ens ex alto. **I**llum

inare hiis qui in tenebris

et in umbra sedent ad
dirigendos pedes nros
in uiam pacis. **Oratio.**
A. Nec est regina uirgini
que genuit regem uelut
rosa sacra uirgo dei geni
trix per quam peperimus
deum & hominem. Alma
uirgo uirginum interced
pro nobis omnibus. Dne
audi orationem meam.
Et clamor meus ad te seruat
Deus qui corda oro.
fidelium sancti

spiritus illustratione
deuisti. da nobis in eode
spiritu recta sapere, et de
eius semper consolatio
ne gaudere. *Alia oratio.*

Deus qui de beate
marie uirginis
utero uerbum tuum an
gelo nunciante carnem
suscepere uoluisti. presta
supplicibus tuis. ut qui
uere eam dei genitricem
credimus eius apud te
intercessionibus adiuue

mur. *Oratio alia.*

Ecclēsiā tuā
quesumus dñe
benignus illustra. vt be
ati iohannis apostoli
tui et euangeliſte il
luminata doctrina ad
dona perueniat ſempi
terna. Per dominum
nrm ihesum xpistum
filium tuum qui tecū
bit & regnat in uni
tate ſpiritus ſc̄i deus
per omnia ſecula ſclōz

Amen **B**enedicamus
domino **D**eo gratias

[Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely a prayer or liturgical text.]

Ad matutinas & cruce.





6
6

Domine labi
a mea apries
Et os me
um annuntiabit lau

dem tuam. **D**eus in
adiutorium meum in
tende. **D**omine ad ad
iuuandum me festina
Gloria patri. **S**icut
Patris sapientia
veritas diuina
Deus homo captus est
hora matutina. a suis
discipulis cito derelictus
et a iudeis uenditus tra
ditus afflictus. **an.** Ado
ramus te xpe ⁊ benedicam⁹
tibi quia per scām auerem

tuam fedemisti mundum.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus
ad te ueniat. Dicimus.

Domine ihesu xpe
fili dei uiu pone
passionem crucem et
mortem tuam inter ui
dicium tuum et animam
meam nunc et in hora
mortis mee. Et semper
largiri digneris uiuis
miam et gram defunctis
requiem et veniam etc.



Deus in ad
iutorum
meum in
tende.

Domine ad adiuuan
dum me festina. **G**loria
patri et filio. **S**icut erat.

Quem creator spūs
mentes tuorum
visita imple supna grā
que tu creasti pectora.

Memento salutis auc
tor q̄ nostra quondam
corporis ex illibata uirgine

nascendo formam sumpt

scas **M**aria mater etre

mater misericordie tu

nos ab hoste protege z ho

ra mortis suscipe **G**la

tibi domine qui natus

es de uirgine cum patre

z sancto spiritu in sem

piterna secula. Amen.

Beatus uir qui

non abnt in con

silio impiorum z in uia

peccatorum non stetit

et in cathedra pestilencie

non sedit. **S**ed in lege
domini voluntas eius
et in lege eius meditabitur
die ac nocte. **E**t erit tan-
quam lignum quod plan-
tatum est secus decursus
aquarum quod fructum
suum dabit in tempore
suo. **E**t folium eius non
defluet et omnia quecumque
faciet prosperabuntur.
Non sic impius non sic
sed tanquam pulvis quem
proicit ventus a facie terre.

Ideo non resurgunt
impii in iudicio. neque pec-
catores in consilio iustorum

Quia nouit dominus
uiam iustorum et iter
impiorum peribit. *ps. 11.*

Quare firmuerunt
gentes. et populi
ineditati sunt inania.

Astiterunt reges terre
et principes conuenerunt
in unum aduersus do-
minum et aduersus christum
aue. **D**isrumpimus

Incusa eorum / et proia-
mus a nobis uigilum
Qui habitat in celis
iridebit eos / et dominus
subsannabit eos. **T**unc
loquetur ad eos in ira
sua / et in furore suo con-
turbabit eos. **E**go autem
constitutus sum rex ab
eo super syon montem
sanctum eius / predicans
preceptum eius. **D**ns
dixit ad me filius meus
es tu / ego hodie genui te

Postula a me et dabo
tibi gentes hereditatem
tuam et possessionem
tuam terminos terre.

Reges eos in iurga
ferrea et tanquam uos
figuli confringes eos.

Et nunc reges intel
ligite erudimini qui
iudicatis terram. **S**er
uite domino in timore
et exultate ei cum timore

Apprehendite discipli
nam nequando uas fiat

dominus & peccatis de
via iusta. **Q**um exar-

serit in breui ira eius.

beati omnes qui confi-

dunt in eo. **G**loria.

Auribus meis

accipe domine.

intellige clamorem meum

Intende voci orationis

meae. rex meus & deus

meus. **Q**uoniam ad

te orabo domine. mane

exaudies uocem meam

Mane astabo tibi et

100
Sic debet quoniam non
deus uolens iniquitate
tu es. **N**eq; habitabit
iuxta te malignus neq;
permanebunt iniusti
ante oculos tuos. **O**di
sti omnes qui operantur
iniquitatem perdes os
qui locuntur mendaciu
rum sanguinem
et solusum abominat
bitur. **D**ns ego autem
in multitudine miseric
ordie tue. **I**nteritum in d

num tuam adorabo ad
templum scm tuum in
timore tuo. **D**omine
deduc me in iusticia tua
propter inimicos meos.
Dirige in conspectu tuo
viam meam. **Q**uonia
non est in ore eorum ve
ritas cor eorum latium
est. **S**epulchrum pa
tens est guttur eorum.
Linguis suis dolose a
gebunt: iudica illos d
Decidant a cogitatio

171
inibus suis secundum
multitudinem impietatum
eorum expelle eos
quia irritauerunt te domine
Et letentur omnes qui
sperant in te in eternum
exultabunt et habitabis
in eis **E**t gloriantur
in te omnes qui di-
ligunt nomen tuum
quoniam tu benedices
iusto **D**omine ut scuto
bone uoluntatis tue
coronasti nos **O**mnia,

Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris
tui. **Capitulum.**

Heli namque es
sacra uirgo ma-
ria et omni laude dignis-
sima quia ex te ortus
est sol iusticie xps deus
nr. Deo gratias. **R.**
Diffusa est gratia in labiis
tuis. **V.** Propterea benedi-
xit te deus in eternum. Dif-
fusa est gratia in labiis
tuis. Gloria patri et filio

et spiritu sancto. Diffusa
est gratia in labiis tuis. **V**
Spice tua et pulchritudine
tua. **R.** Intende prospere
procede et regna. Domine
exaudi orationem meam
Et clamor meus ad te ve
niat. **Oremus. Oratio.**

Deus qui apostolis
tuis sanctum
dedisti spiritum concede
plebi tue pie precationis
effectum. ut quibus
dedisti fidem largiaris

et pacem: *Alia oratio*

Servulorum tuo-
rum quesumus
Domine delictis ignosce:
vt qui tibi placere de ac-
tib; nris non valemus:
gentias filii tui dñi
dei nr̄i intercessione sal-
uamur. *Alia oratio*

Ecclēsiā tuam
quesumus dñe
benignus illustra ut
beati iohannis apostoli
tui et euangeliste illu-

mnata doctrine ad do
na perueniat sempiterna
per d. ad primam de cruce

Deus in adiutorium
meum intende.

Domine ad adiuuandum
gloria patri sicut.

Hora prima dicitur
est ih̄s ad pilatum
falsis testimonius mul
tum accusatum. In collo
percutiunt manibus li
gatum. Dulcium de iō
spuunt lumen celi gra

tum. *a.* Adoramus te xpe
et benedicimus tibi quia
pro salutem crucem tuam
redemisti mundum. *Oratio.*
Domine ihesu xpe
fili dei nati po
ne passionem crucem et
mortem tuam in cor
dium tuam et aiam
meam mundet i hora
mortis mee. Et semper
sanguinem tuum
in misericordiam et gratiam

794
defunctis requiem et be-
niam ecclesie tue sancte
pacem et veram concordiam
et nobis peccatoribus
vitam et leticiam. Qui

viuus etc. de sancto spu.

Deus in adiutorium.

De uirgine maria

christus fuit natus

crucifixus mortuus atque

tumulatus. Resurgens

discipulis fuit demon-

stratus. Et ipsis conuen-

tibus caelis eleuatus. *an.*

Veni sancte spiritus reple
tuorum corda fidelium et
tui amoris in eis ignem
accende. **V** Emitte spm
tuum et creabuntur. **R.**


Et renouabis faciem terrae.

Omnipotens sem
piternus deus da
nobis illam sancti sps
gram discipulis tuis
in die sancto pentheco
stes transfusisti. per
xpm dominum nrm.
Amen. **Ad. tertiam**

Deus in ad
utorum
meum
intende.

Domine ad adiuuā
dum me festina. **O**so
na piti. **S**icut aut.

Quem creator spūs
mentes tuorū
visita imple superna
gratia que tu creasti
pectora. **M**emento sa
lutis auctor q̄ nostri
quondam corporis ex



illibata uirgine nascē
do formam sumpseris

Maria mater gratie
mater misericordie tu
nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe

Gloria tibi domine
qui natus es de uirgine
cum patre et sancto spū
in sempiterna secula. x

Ad dominum cum
tribulauer cla
maui et exaudiuit me.

Domine libera aīam

meam a labris iniquis:

et a lingua dolosa.

Quid dicitur tibi aut

quid apponatur tibi ad

linguam dolosam. **S**a

gite potentis acutae cu

carionibus desolatome

Deu mi quia incolatus

meus prolongatus

est habitavi cum habi

tantibus cedat. multum

incolatus fuit anima mea

Qum hinc qui dicitur

pacem etiam pacificus.

cum loquebar illis im-
pugnabant me gratis.

Gloria patri. *ps. vi.*

Euavi oculos meos
in montes unde
veniet auxilium michi

Auxilium meum a do-
mino qui fecit celum et
terram. **N**on det in co-
motionem pedem tuum.
neque dormiet qui custodit

te. **E**cce non dormita-
bit neque dormiet qui cu-
stodit israel. **D**ominus

custodit te dñs protectio
tua super manum dex
teram tuam. **D**eu die

sol non uret te neq; lu
na per noctem. **D**ñs

custodit te ab omni malo.

custodiat animam tuam

dominus. **D**ominus

custodiat introitum tuum

et exitum tuum ex hoc

nunc et usque in seculum.

Gloria patri. **ps** **138**

Letatus sum in

hinc que dicta

sunt michi in dominum
domini ihesu. **S**tantes
erant pedes tui in atriis
tuis iherusalem. **I**he-
rusalem que edificatur
beauitas cuius partici-
pacio eius in idipsum.
Illuc enim ascende-
runt tribus tribus domini
testimonium israel ad
confitendum nomini
domini. **Q**uia illic seduit
sedes in iudicio sedes sup-
er domum dauid. **B**eatit

que ad pacem sunt iheru
salem et habundancia
diligentib; te. **F**iat pax
in uirtute tua: habun
dancia in turab; tuis.

Propter fratres meos
et proximos meos loque
har pacem de te. **P**rop
ter domum domini dei
nri quesui bona tibi.

Gloria pri. a. dignare
me laudare te iungo sacra
da michi uirtutem contra
hostes tuos. **Capitulum.**

Daradisi porta per
euam cunctis
clausa est et per maria
uirginem iterum pate-
facta est. Deo gratias.

R. Specie tua et pulchritu-
dine tua. **V.** Intende prospere
procede et regna. Specie tua
et pulchritudine tua. Gloria
patri et filio et spiritui sc̄to.
Specie tua et pulchritudine
tua. **V.** Adiuuabit eam de-
us vultu suo. **R.** Deus in medio
eius non commouebitur.

Domine exaudi. Et clamor.

Adsit nobis q̄s dñe
virtus sp̄s sancti
que ⁊ corda n̄ra clemen
ter expuget ⁊ ab omnibz
tueatur aduersis. *Oro.*

Concede nos famu
los tuos q̄ sumus
domine deus perpetua
mentis ⁊ corporis sani
tate gaudere ⁊ gloriosa
beate marie semper uir
ginis intercessione. a
presenti liberari custodia

et eterna perfru leticia.

Eccliam tuam
quesumus Dne

benignus illustra. ut
beati iohannis apostoli
tui et euangeliste il
luminata doctrina ad
dona perueniat sempi
terna. per. Ad. m. de cura

Deus in adiutoriu.

Quia fige clam
tant hora tertia
rum. Illiusus iduatur
Ieste purpuratum. Ca

put eius pungitur coro-
na spinarum. Crucem
portat humeris ad locu
penarum. **A** adoramus te
xp̄: benedicimus tibi quia
per sanctam crucem tuam
redemisti mundum. Dne
exaudi. Et clamor. Oremus.
Domine ihesu xp̄e
fili dei vivi pone
passionem crucem: et mor-
tem tuam inter iudiciū
tuum: et annam meā
nunc et in hora mortis

nice. Et semper largiri
digneris uiuis misericordiam
et gratiam. defunctis re-
quiem et ueniam. ecclesie
tue sancte pacem et ueram
concordiam. et nobis
peccatoribus uitam et le-
ticiam sempiternam.

Qui uiuis etc. *De scō spū*

Deus in adiutorium.

Suum sanctum
spiritum deus

delegauit. In die penthe-
costes ipse confirmauit.

Et de linguis igneis
eos inflammavit. Feli-
quere orphanos ipsos
denegavit. **an** Veni sage
spiritus reple tuorum corda
fidelium ⁊ tu amovis eis
ignem accende. **v** Et mitte
spm tuum ⁊ creabuntur.
Et renouabis faciem terre.

Omnipotens sem-
piternus deus da
nobis illam sancti sps
gram quam discipulis
tuis in die sancto pethe

costes transfuisti. p
xpm dominum nrm a

Benedicamus dno

Deo gratias. **Ad scti**

Deus in ad
iutorum
meum
intende.

Que ad adiuuandu
me festina **G**loria

patris **S**icut erat. **h?**

Quem creatio spūs
mentes tuorum
visita in ple suprema



quatuordecim tu circa tu
pectora. **V**enientes su
lute auctor q' nostri
quondam corpus ex
ullibita uirgine nascen
do formam sumpsit.
Maria mater gratie
mater me tu na ab
hoste protege: hora mor
tis suscipe. **G**loria ti
bi domine qui natus
es de uirgine cum patre
et sancto spiritu in sem
piterna forma. Amen

Ad te levavi oculos
meos qui
habitans in caelis. **E**cce
sicut oculi servorum in
manibus domini suorum.
Sicut oculi ancillae in
manibus domine suae ita
oculi nostri ad dominum
deum nostrum donec
misereatur nostri. **M**ise
re nostri domine misere
re nostri quia multum re
pleti sumus despectione
Quia multum repleta

est anima nra obprobri-
um habundantibus et
despectio superbis. **G**la

Nisi quia dominus
erat in nobis si-
cut nunc israel: nisi quia
dominus erat in nobis

Qum conuerterent ho-
mines in nos forte uiuos
deglucissent nos. **Q**u

irasceretur furor eorum
in nos forsitan aqua ab-
sorbuisset nos. **Q**ueren-
tem pertransiuit anima

nostra forsitan peritum
fisset anima nra aqua
intollerabilem **B**ene-
dictus dominus qui no
dedit nos in captione dan-
tibz eorum **A**nima
nra sicut passer expta
est de laqueo venantium
Laqueus contritus
est. et nos liberati sumus
Adiutorum nrm in
nomine domini qui fe-
cit celum et terram.
Gloria patri **S**icut.

Qui confidunt in
domino sicut in
sion non commouebitur
in eternum qui habitat
in iherusalem. **M**ontes
in circuitu eius et dominus in
circuitu populi sui. ex
hoc nunc et usque in seculum

Quia non relinquet
dominus uirgam pec
catorum super sortem
iustorum ut non exten
dant iusti ad iniquita
tem manus suas.

Bene fac domine bonis

et rectis corde. **D**eclinā

tes autem in obligatio

nes adducet dominus ad

operantibz iniquitatem.

Pax super israel. **O**ra.

an Post partum uirgo in

uiolata permansisti dei ge

nitariu in te de p nobis.

Quāde maria uirgo

cunctas hereses

sola interemisti in un

uerso mundo. Deo grās

R Adiuuabit eā deus uultu

suo. **V.** Deus in medio eius
non commouebitur. Adiu
uabit eam deus vultu suo
Gloria patri et filio et spui
sancto. Adiuuabit eam deus
vultu suo. **V.** Elegit eam
deus et precelegit eam **R.** Et
habitare eam facit in taber
naculo suo. Dñe exaudi.

Mentes nostras que
Domine spiritus
paraclitus qui a te pro
cedit illuminet et in
ducatur in omnem in ficut

tuis promisit filius ve-
ritatem. *Alia oratio.*

Concede misericors
Deus fragilitati
me presidium ut qui
sancte dei genitricis et
uignis mare memo-
riam agimus interces-
sionis eius auxilio a
nris iniquitatibus
resurgamus. *Alia oratio.*

Eccliam tuam
quesumus dñe
benignus illustra: ut

beati iohannis apostoli
tui & euuangeliste il
luminata doctrinis
ad dona perueniat sem
piterna. p vpm dnm
nm. *X. Ad. vi. de cruce.*

Deus in adiutoriu.

Hora sexta ihesus
est cruce concla
uatus. Atq; cum latro
mbz pendens deputat.
pre tormentis sitiens
felle satumtus. Agnus
carmen diluit sic ludi

ficatus. **ah** Adoramus te
xp̄e / z benedicimus tibi qz
per sanctam crucem tuam
redemisti mundum. Dñe
exaudi. Et clamor meus.

Domine ihesu xp̄e
fili dei vivi pone
passionem crucem et
mortem tuam inter
iudicium tuum z am
mam meam nunc et
in hora mortis mee et
semper largiri dignis
viviis mam et grām.


defunctis Requiem et ue
niam ecclesie tue sancte
pitem z veram concordi
am. et nobis peccatoribz
vitam z leticiam sempi
ternam. Qui uiuis et
Regnas deus de sancto spu

Deus in adiutorium
Septiformem gra
tiam tunc accep
tauerunt. Quare ydio
mata cuncta cognoue
runt. Ad diuersa clima
ta mundi recesserunt.

Et fidem catholicam tunc
predicauerunt. **an**them
sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tuam in
eis ignem accende. **vsus.**

Emitte spiritum tuum et
creabuntur. **R.** Et renoua
bis faciem terre. **Oremus.**

Omnipotens sem
piternus deus da
nobis illam sancti sps
quam quam discipulis
tuis in die sancto penthe
costes transfuisti. **P.**



Deus in ad
iutorum
meum
intende.

Domine ad adiuua
dum me festina. **G**loria
patri et filio. **S**icut.

Veni creator spiritus
mentes tuorum
visita imple superna
gratia que tu creasti
pectora. **M**emento
salutis auctor que nostra
quondam corpus ex



illibata uirgine nasceri
do formam sumpseris.

Maria mater gratie
mater misericordie tu
nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe

Gloria tibi domine
qui natus es de uirgine
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. A.

N conuertendo
dominus captiuitate
syon. facti sumus sicut
consolati **Q**uinc Reple

tum est gaudio os nūm
z lingua nūa exultati
one. **T**unc dicit inter
gentes magnificauit
dominus facere cū eis
Magnificauit dñs
facere nobiscum facti
sumus letantes. **C**on
uerte. domine capti
uitatem nūam. sicut
torrens i austro. **Q**ui
semnant in lacrimis.
in exultatione metēt.
Euntes ibant z flebūt

mittentes semina sua.

Tementes autem ue-
ment cum exultatione
portantes manipulos
suos. **G**loria patri. ps.

Nisi dñs edificauerit
domum in vanum

laborauerunt qui edifi-
cant eam. **N**isi dñs
custodierit ciuitatem:

frustra uigilat qui cu-
stodit eam. **T**anquam

est uobis ante lucem
surgere surgite postquam

102
federitis qui manducatis
panem doloris. **Q**um
dedit dilectis suis sop-
num ecce hereditas do-
mini filii merces fruc-
tus ventris. **S**icut
sagitte in manu poten-
tis ita filii excussorum.
Beatus uir qui im-
pleuit desiderium suum
ex ipis non confundetur
cu loquetur inimicas
suis in porta. **G**loria
patri. **S**icut erat. ps.

Beatissimi omnes qui
timere dñm.
qui ambulante in iustis
eius. **L**abores manu
rum tuarum quia ma
ducabis. beatus es et
bene tibi erit. **U**xor
tua sicut uitis habun
dans in lateribus domus
tue. **F**ilius tu sicut
nouelle oliuarum in
circuitu mense tue. **E**t
ce sic benedicetur homo
qui timet dominum.

130
Benedicat tibi dñs
ex syon / z iudeas bona
iherusalem / omnibus
diebz uite tue. **U**t iu
deas filios filiorum tuo
rum pacem super israel

Gloria patri. **a** Sicut
filium inter spmas / sic a
mici mea inter filias. **cap.**

De te deq genitrix
est nobis uita p
dita / data que de celo sus
cepisti / prolem / z mundo
genuisti saluatorem.

Deo gratias. **R.** Elegit
eam deus et precelegit eam.

V. Et habitare eam facit in
tabernaculo suo. Elegit ea
deus et precelegit eam. Glā
patri et filio et spiritui scō
Elegit eam deus et precelegit
eam. **V.** post partum uir
goinuolata pmanfisti.

R. Dei genitrix intercede
pro nobis. Dñe exaudi. **oro.**

Mentibus nostris ois
domine spiritū
sanctum benignus in

124
funde cuius et sapientia
condita sumus et prou-
dencia gubernamur. *oro*

Protege domine .

familios tuos .

subsidis pacis et beati

marie semper uirginis

patrocinis confidentes

acutis hostibz fedde

securis. *Alia oratio.*

Eccliam tuam

quesumus dne

benignus illustra. ut

beati iohannis apostoli

tui & euuangeliste illu/
minata doctum ad
dona perueniat sempi/
terna. Per. Ad iij de ciuita.

Deus in adiutoriu.

Hora nona dñs
ihus exproauit

herydamans aiam
patri commendaui.

Latus eius lancea mi/
les perforauit. Terra

tunc tremuit & sol ob/
scurauit. a. Adoramus

te xpe et benedicimus tibi.

quia per sanctam crucem
tuam redemisti mundum
Domine exaudi. *Oratio.*

Domine ihesu xpe
fili dei uiui pone
passionem crucem et
mortem tuam in cor
iudicium tuum et ani
mam meam nunc et
in hora mortis mee et
semper largiri digneris
uiuis misericordiam et gratiam
defunctis requiem et
benignam ecclesie tue scilicet

pacem et veram concordiam
et nobis peccatoribus
vitam et leticiam sempiternam.
Qui vivis et regnas deus pater. *De scō spū.*

Deus in adiutorium
meum
spiritus paracliticus
fuit appellatus.

Donum dei caritas fons
vivificatus. Spiritus
vinctio ignis inflatus.
Septiformis gratia
carissima vocatus. *ant.*
Veni sancte spiritus reple

tuorum corda fidelium et
tui amoris meis ignem
accende. *V.* Emitte spm
tuum et creabuntur. *R.* Et
renouabis faciem terre. *Oratio*

Omnipotens sempiterna
Deus da nobis illam sancti spiritus
gratiam quam discipulis
tuis in die sancto penthecostes
transmisisti. Per xpm dominum
nostrum. Amen.

Ad sextam de hi maria.



D

Eus in
adiutori
um me
um in

tende. Domine ad ad
iuuandum me festina

Gloria patri. **Et** exalta

etatus sum in
hinc que dicta

sunt michi in domum
domini ibimus. **S**tā

tes erant pedes nri. in
aeris tuis iherusalem.

Iherusalem que edi

ficatur ut ciuitas cuius
participatio eius in id
ipm. **I**lluc enim as-
cenderunt tribz tribus
Dni testimoniu israel
ad confitendu nomini
domini. **Q**uia illic
sederunt sedes in iudicio
sedes super domu dauid
Beatate que ad pace
sunt iherusalem et ha-
bundancia diligentibz
te. **F**iat pax in uirtu-
te tua z habundancia

in turribz tuis **P**ropter
fratres meos & proximos
meos loquebar pacem

de te **P**ropter domum
domini dei nostri quesivi
bona tibi **G**loria patri.

Et te leuavi oculos
meos qui habitas in celis **E**cce fi-

cit oculi seniorum. in
manibz dñorum suoz

Sicut oculi in manibus
domine sue ita oculus
noster ad dñm deum

nūm donec misereatur

nri. **M**isere nri dne

misere nri quia mul

tum repleti sumus de

spectione. **Q**uia mul

tum repleta est anima

nra obprobrium hūn

dantibz: et despectio sup

bis. **G**loria patri. *ps.*

Nisi quia domini

erat in nobis di

cat nunc israel mis

quia dñs erat in nobis

Cum exurgerent ho

mines in nos forte viuas
deglutissent nos **Q**u
nascetur furor eorum
in nos forsitan aqua ab
sorbuisset nos **Q**uen
tem pertransiuit anima
nra forsitan pertransisset
anima nra aquam in
tollerabilem **B**enedic
tus dominus qui non
dedit nos in captione
dentibus eorum **M**ia
nra sicut passer excepta
est de laqueo uenantium

Laqueus conuictus
est et nos liberati sumus

Divitiarum enim in
nomine domini q̄ fecit
celum et terram. *ps. 124.*

Qui confidenti
dño sicut mons
sion non commouebi-
tur in eternum qui ha-
bitat in iherlm. **P**on-
tes in circuitu eius et do-
minus in circuitu ppli
sui ex hoc nunc et usq; in
seculum. **Q**uia non

Relinquet dñs uirgam
peccatorum super sortem
iustorum ut non exten
dant iusti ad iniquita
tem manus suas. **B**e
ne fac domine bonis &
rectis corde. **D**eclinan
tes autem in obligatio
nes adducet dñs cum
operantibz iniquitate
par super israhel. **ps̄ 88.**
In conuertendo
dominus capti
uitatem sion facti sum

sicut consolati. **T**unc
repletum est gaudio os
nūm / 2 lingua nūa exul-
tatione. **T**unc dicent
inter gentes magnifi-
cavit dominus facere
cum eis. **M**agnifica-
vit dominus facere no-
bis cum facti sumus le-
tantes. **C**onverte
domine captivitatem
nostram sicut torrens in
ariditate. **Q**ui seminat
in lacrimis metulcat in

metent. **S**unt ibant
et flebant mittentes se-
mina sua. **V**enientes
autem venient cum ex-
ultatione portantes

mampulos suos. **G**la-
ria. **B**eatam me dicent omnes
generationes quia ancil-
lam humilem respexit deus.

Beata es uirgo
maria que dominum
portasti creatorem mundi
genuisti qui te fecit et
in eternum permanes

uirgo. Deo gratias. *hy.*

Aue maris stella
dei mater alma

atq; semper uirgo felix
celi porta **S**umens

illud aue gabrielis ore
funda nos in pace mu-

ttans nomen eue **S**ol-

ue uincta uis profer
lumen ceas mala nra

pelle bona cuncta posce
Monstra te esse ma-

triam sumat per te pces
qui pro nobis natus

tulit esse tuus **U**irgo
singularis inter omnes
mitis nos culpas solu-
tos mites fac et castos.

Quam presta precamur
iter parva tutum ut ui-
dentes ihesum semper
colletemur.

Sit laus
deo patri summo christo
deus spiritui sancto
honor unus Amen. **vsq**

Post partum uirgo inui-
olata permansisti. **Dei**
genitrix intercede pro nobis.

1129
Magnificat anima
mea dnm **E**t

exultavit spūs meus
in deo salutari meo.

Quia respexit humi-
litate[m] ancille sue ecce
enim ex hoc beatam me
dicent o[mn]es generationes

Quia fecit michi
magna qui potens est
et sanctum nomen ei.

Et misericordia eius
a progenie in progenem
timentibz eu **F**ecit

potenciam in brachio
suo disperfit superbos
mente cordis sui. **D**e
posuit potentes de sede
et exultauit humiles.

Esurientes impleuit
bonis et diuites dimisit
manes. **S**uscipit israhel
puerum suum. **R**ecor
datus misericordie sue.

Sicut locutus est ad
patres nostros abraham
et semini eius in secula.

Gloria patri. *Anti.*

Sancta maria succurre
miseris uua pusillam
mes/refoue flebiles. Ora
pro populo interueni pro
clero intercede pro deuoto
feminco sexu. Domine
exaudi oronem meam.
Et clamor meus ad te
ueniat. Amen. **Oratio**

Deus qui corda
fidelium sancti
spiritus illustratione
docuisti. da nobis in
eodem spū recta sapere

et de eius semper consolacione gaudere. *Oratio.*

Deus qui salutis
eternae beate ma-
rie uirginitate secunda
humano generi prima
prestasti. tribue quod ut
ipsum pro nobis interce-
dere sentiamus per quam
meruimus auctorem
uite suscipere dominum
nostrum ihesum christum
Filium tuum.
ecclesiam tuam

quesumus domine be
nignus illustra ut be
ati iohannis apostoli
tui ⁊ euuangeliste il
luminata docturine ad
dona perueniat sempi
terna. Per dominum
nrm ⁊c. *Ad vs de cruce.*

Deus in adiutoriu
meum intende
Domine ad adiuua
dum me festina **O**le
ria patri ⁊ filio ⁊ spui
sancto **S**icut erat.

De auge deponitur
hora uesperina.

Fortitudo latuit in men-
te diuina. Tale in morte
subit uite medicina.

Heu corona glorie iacuit
sub spina.

supina **an** adoramus
te xpe ⁊ benedicimus tibi qz
per sanctam crucem tuam
redemisti mundum. Dne
exaudi. Et clamor meus.

Domine ihesu xpe
fili dei uir pone
passionem crucem ⁊ et

mortem tuam / inter iu-
 diaum tuum / et animam
 meam / nunc et in hora
 mortis mee. Et semper
 largiri digneris vivis
 misericordiam et gratiam
 defunctis requiem et
 veniam / ecclesie tue sancte
 pacem et veram concor-
 diam / et nobis peccato-
 ribus vitam et leticiam
 sempiternam. Qui vi-
 ves et regnas deus per
 omnia secula seculorum

Amen. De sancto spiritu

Deus in adiutorium meum intende

de **D**omine ad adiuvandum me festina.

Gloria patri etc. *hy?*

Dextere dei digitus virtus spiritalis.

Nos defendit avertit ab omnibus malis. Ut nobis non noccat demon infernalis.

Sz protegat et nutriet foueat sub

alis. *an* Veni sancte sps

reple tuorum corda fidelium /
et tui amoris in eis ignem.
accende. **V.** Emitte spiritum
tuum / et creabuntur. **R.** Et
renovabis faciem terrae.

Omnipotens sem
piternus deus da
nobis illam sancti spiritus
gratiam quam disci
pulis tuis in die penthe
costes transmisisti. per
christum dominum nostrum a

Benedicamus domino
deo gratias. **Idem completorium**



Domierte
nos deus
salutans
noster.

Et auerte iram tua
a nobis. **D**eus in ad
uitorium meum iacende

Domine ad adiuuan
dum me festina. **G**la
ria patri & filio. **S**icut.

Usquequo domine
obliuisceris me
in finem usquequo aueris
faciem tuam a me.

Quoniam ponam con-
 filia in anima mea do-
 lorem in corde meo per
 diem **U**sque quo exal-
 tabitur inimicus meus
 super me respice et ex-
 audi me Domine deus
 meus **I**llumina
 oculos meos ne unquam
 obdormiam in morte
 nequando dicat inimi-
 cus meus prevalsi
 aduersus eum **Q**ui
 tribulant me exulta

bunt si motus fuero
autem in misericordia
tua speravi **E**xulta-
bit cor meum in salu-
tari tuo cantabo dno
qui bona tribuit mi et
psallam nomini dmi
altissimi **G**loria patri
Iudica me deus
et discerne cau-
sam meam de gente
non sancta ab homine
iniquo et doloso erue
me **Q**uia tu es deus

fortitudo mea quare
me repulisti et quare
tristis incedo dum affli-
git me inimicus.

Emitte lucem tuam
et veritatem tuam ipse
me deduxerunt et addu-
xerunt in montem san-
ctuum et in tabernacula
tua.

Et intendo ad
altare dei ad deum qui
sanctificat iuventutem
meam.

Confitebor
tibi in cythara deus deus

meus / quare tristis es
anima mea / et quare
conturbas me. **S**pera
in deo / quoniam adhuc
confitebor illi / salutare
vultus mei / et deus mei.

Gloria patri. **ps. d.**
Sepe expugnave
runt me a iuue
tute mea. **S**icut nunc
israel. **S**epe expug
naverunt me a iuven
tute mea / etenim non
potuerunt in **S**upra

dorsum meum fabrica
 uerunt peccatores pro
 longauerunt iniquita
 tem suam **D**ominus
 iustus concidet ceruices
 peccatorum confundan
 tur & conuertantur re
 trosum / os qui oderunt
 sion **S**icut sicut fe
 rum tectorum quod pu
 usqm euellatur exiit
De quo non impleuit
 manum suam qui me
 tet: et snum suu qui

mampulos colliget. . . .

Et non dixerunt qui
preteribant benedictio
domini super vos benedi-
ximus uobis in nomi-
ne domini. **G**loria p[ro]p[ri]a

Domine non est
exaltatum cor
meum neq[ue] elati sunt
oculi mei. **N**eq[ue] am-
bulau in magnis ne-
q[ue] in mirabilib[us] super
me. **S**i non hu[m]iliter

sentiebam s[ed] exaltaui

437
animam meam **S**
icut ablactatus est super
matrem suam ita iustitia

in anima mea **S**peret
israel in domino ex hoc
nunc et in seculum.

Gloria patri. **in** **S**ca
di genitrix uirgo semper
in ara intercede pro nobis
ad dominum deum nostrum.

Virgo dei genitrix
quem totus non
capit orbis in tua se
clausit viscera factus

homo **V**era fides ge
niti purgavit animam
mundi et tibi uirginitas
inviolata manet **T**e
matrem pietatis open
te clamat orbis subue
nas famulis obedic
ta tuus **G**loria magna
patri compar tibi glia
nate cum sancto spiritu
gloria magna patri. **S**
icut cynamomum
et hyssum a
romatizans odorem

dedi quasi mirra electa
 dedi suauitatem odoris.
 Deo gratias. *v.* Ecce an
 alla domini. *r.* fiat in
 scdm̄ verbum tuum. *ps.*

Nunc dimittis
 seruum tuum
 domine scdm̄ verbum
 tuum in pietate. **Q**uia
 viderunt oculi mei salu
 tare tuum. **Q**uod pa
 rasti ante faciem om
 nium populorum. **L**umen
 ad reuelationem gen

tuum / z gloriam plebis
tue israel. **Gloria.**

A. Cum iocunditate me-
moriam beate marie cele-
bremus / ut ipsi pro nobis
intercedat ad dominum
Deum nostrum. Domine
exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te
veniat. **Oratio.**

Que igne sancti
spiritus fenes
nos / z cor nrm domine
ut tibi casto corpore

seruiamus et mundo
corde placeamus. *Orō*

Quoniam tuam
quesumus dñe
mentibus nostris infunde.
ut qui angelo nunciante
uixisti filii tui incarna
tionem cognouimus.
per passionem eius et
aueam ad resurrectionis
gloriam perducamur.

Ecclēsiā tuam
quesumus dñe
benignus illustra. ut

Beati iohannes apostoli
tui & euangeliste illu
minata doctrine. ad
dona perueniat sempi
terna. Per dominum
nrm ihesum xpistum
filium tuum qui tecu
buit & regnat in uni
tate spiritus sc'i deus
per omnia secula secu
lorum. Amen.

Benedicimus dno
Geo gratias
ad completorium de cruce.

Conuertere nos deus
salutaris noster

Et auerte iram tuam
